



**Erasmi a Chokier Tractatus absolutissimus de  
iurisdictione ordinarii in exemptos, deque illorum  
exemptione ab ordinaria iurisdictione**

Mvltis Pontificvm Decretis, Et SS. Congregationis ... Cardinalium  
Declarationibus illustratus ; omnibus in judicio Civili & foro Ecclesiastico  
versantibus perquam utilis ac necessarius ; in duos tomos ab ipso Auctore  
distinctus

**Chokier, Érasme de  
Coloniae Agrippinae, 1684**

20. Apostata religionis exemptæ, an retineat privilegium.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61886](#)

## Q U E S T I O   X X .

Apostata Religionis, Exemptionis an retineat privilegium?

## S U M M A R I V M ,

- |                                     |                                      |
|-------------------------------------|--------------------------------------|
| 1. Apostasia, crimen enorme.        | 4. Quid de expulsis ab Ordinibus.    |
| 2. Privilegium perdatur delicto.    | 5. Quis super Apostasiam dispenseat. |
| 3. Estque id conforme Concil. Trid. |                                      |

**A**postasiæ esse crimen admodum enorme, nemo tuncquam sanæ mentis dubitavit. Totiū Decret. de Apostatis Ang. Fumus. Silvester & Casanha verb. Apostasia, unde sit, ut putemus Apostatam Privilegio exemptionis non gaudere, Papon. lib. 1. iu. 6. Aresto. 6. Gall. de Arestis Imperii c. 1. n. 10. Lucius placit. Curia b. 2. iu. 2. ar. 2. fol. 28. Siquidem certi iuris est, quod ratione criminis privilegium amittatur. c. Privilegium 11. q. 3. ubi. gl. Aut. qua in Provincia C. ubi de criminib. agi oporteat, lute. 2. Abb. c. fin. n. 11. cum add. deforo compet. & Iason. fin. ver. secundo principiabit ff. de const. Principium.

Hinc miles licet habeat privilegio specialem judicem, tamen ratione criminis atrocis illud animit. Aut. ut iudicet sine quoquo suffrag. §. nolimus l. 1. C. ubi Senatores vel clavis. Item hereticis amittunt privilegium Clericale, Casar. Lomnes §. Praeterea n. 2. C. de Episc. Cler. Quod ipsum est conforme Concilio Trid. his verbis. Quod si ante habitum sponte dimiserit, nullatenus ad allegandum quamcunque causam admittatur, sed ad monasterium redire cogatur, & tanquam Apostata puniatur, interim vero nullo privilegio lux Religionis paveretur. Sessione 25. c. 19. de Reformat. arg. 1. 3. C. de Apostat. Navarr. de Regul. Comment. 4. n. 73. & 77. Licet non negemus eum Privilegium cap. Si quis suadente 17. qu. 4. reuinete. Nazarr. de Orat. Mjocel. 35. n. 58. tom. 2.

Similiter consendum in expulsis ab ordinibus, habent enim plerique ut incorrigibiles ablegere seu exicere possint. Alphons. à Casarubios tract. deprivil. Fratrum Minorum verbo euicere ab ordine & doctissime sanctius Bonaventura in questionibus super Regulis Fratrum Minorum quæst. 14. latè Nazarr. Conf. 76. 78. & seqq. de Regular. Cujusmodi ejeci exemptionibus etiam gaudere non possunt. Argumentum ab Apostatis ad ejectos. Statim enim ac solemniter ejeci sunt, velut postlimino revertuntur in potestatem sui Episcopi, v. Navarr. conf. 79. de Regularib. Alphons. ubi sap. quod an indistincte verum sit, vide apud Navar. de Regul. Comment. 2. n. 34. verf. Quaestio tamen qui late inquiret, an subiectantur Episcopo originis, domiciliis, beneficiis vero ei, in cuius Diocesis Monasterium situm est. Item quid juris in Principe,

an subditatione illius Apostolæ vel excommunicationis liberentur ab illius Imperio, vide texum & D.D.c. Julianus 11. q. 3. Anton. de Rosell. de potest. Papa. Rubr. numer. teriam n. 37.

6 In dispensatione super apostasia, video Borgasiūm ita distinxisse. Aut Prælatus Apostata habet jurisdictionem quasi Episcopalem, tum is dispensabit. Aut non habet, tunc Papæ erit dispensare. Ita Paulus Borgasiūs Feltrensis Episcopus trahit de irregularitate & dispensatione parte 6. ut de Apostatis fol. 262. Friburgus tract de Apostatis quæst. 3. qua de re paulo uberioris vide me lib. 4. cap. 20.

## Q UÆST I O XXI.

Ordinati à Papa an sint Exempti?

## S U M M A R I U M.

1. Ordinati à Pontifice habent nonnulla Privilegia.  
jam judicare.

3. Ordinati à Pontifice non ideo sunt exempti.

2. Qui non potest ordinare, non potest etemperari.  
**O**rdinati à Pontifice id Privilégii habent ut convinci normis testius pluribus possint. Item quod cogi ab Episcopo ad altos ordines nequeant, similiter quod major ac specialis sit in honoris deferendus, ca. presul 2. qu. 4. & cap. nullam cap. per tuas de majorit. & obed. ubi Abb. & in ca. Cum in dij. r. buendis de temporib. ordinandorum. Quod occasionem nonnullis præbuit inquirendi utrum eidem privilegiis sint exempti. Siquidem quia Episcopi eos ordinare non possunt, dubitabatur similiter ac eos judicare possent, ex quo Regulariter qui nos potest ordinare, neque etiam judicare potest cap. nullus primas 6. quæst. 2. Nihilominus tamen placuit ejusmodi non esse exemptos, sed jurisdictioni ordinariæ subjectos, d.ca. per tuas & d.c. cum in distribuendis ubi Abb. & DD. Quid autem adseritur regulariter in argumentum, id specialiter hic fallit propter excellentiam superioris, qui manum imposuit, vel qui non potest ordinare, non potest judicare illo respectu, quo non potest ordinare, sic nec Episcopus potest ordinare, & judicare respectu ordinis. Abb. & DD. ubi supra.

## Q UÆST I O XXI.

Beneficiati per Prælatos exemptos an sint Exempti?

## S U M M A R I V M.

1. Privilegia sunt facti.  
2. Considerandus Privilegiorum tenor.

**Q**uestio hæc penderit ab inspectione Privilégiorum ac eorum dijudicatione. DD. ca. qua de statu Monachor. Petrus Brixiensis in repertorio verb. Exempio, vñf.